



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. An Petrus vsu gladii peccarit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Hilarius in Matt. Tertull. l. 7. ad uxorem c. 2. de carne Christi, Apostolorum sententiam, & nostram interpretantur. Sed carnem legimus infirmam, & hinc nobis adulationem impensius. Legimus tamen & Spiritum firmum. Nam in rursus virum, positum est. Caro terrena materia est, Spiritus vero celestis. Cur ergo ad excusationem promiores, quæ in nobis infirmæ sunt, opponimus: quæ vero fortiora non tuemur? Cur celestibus terrena non cedant? Si Spiritus carne fortior, quæ & generosior, nostra culpa infirmiora sectamur.

Visi spiritum promptum bene interpretatur firmum, ut opponat carni infirmæ, sed tamen Apostolorum magis promptus, quam firmus Spiritus fuit. Idem tamen Tertull. de fuga in persecutione. c. 8. de Christo interpretatur. Professus itaq; se concupiscentia concupisse edere pacis, vi suum (indignum enim, ut quid alienum concupisceret Deus) acceptum panem & distributum discipulis corpus suum illis fecit, hoc est corpus meum dicendo, i. e. figura corporis mei. Figura autem non fuisset, nisi veritatis esset corpus. Cæterum vacuaret, quod est phantasma, figuram capere non posset. Aut si propriam panem corpus sibi finxit, quia corporis carebat veritatem, propriam debuit tradere pro nobis.

Angeli sunt præcipue interpretationes, posteriori præfero, quia de Apostolis loquitur. Nam qui de Spiritu improborum & carne, vel de Satana sermonem elicit, mystice interpretantur. Ideo enim vigilas requirit, quia caro infirma est. Prosper. l. 2. de vocat. gent. c. 9. Visi de vigilando, non etiam orando Apostolos admonuit, sed arbitrii liberi vires videretur hortatus, sed cum adiu. & orantes, satis docet superni futurum muneri, ut etiam vigilantes, tentationis procella non vinceret. Tandem cum morte & somno gratiati iterum veniens eos excitauit, Marc. 4. 40. non tamen redarguit parcens vecordiam, & imbecillitatem. Donec Iuda appropinquante eum illis obuiam vadit.

VERSUS 47. 48. & 49.

Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa, cum gladijs & fustibus, missi à principibus sacerdotum, & senioribus populi. Qui autem tradidit eum dedit illis signum, dicens: Quemcumq; osculatus fuero, ipse est: tenete eum. Et confestim accedens ad Iesum, dixit: Ave Rabbi. Et osculatus est eum.

QUESTIO I.

Quomodo captus fuerit Dominus?

Adhuc eo loquente, venit Iudas, cui Syrus semper proditoris Epitheton adiungit, vnus de duodecim proditor Domini sui: deinde de testis eius innocentia. Turbam accepit de senioribus principum, & Tribunum eum cohortem, de forti presidio erat pronisum, ut si fieret tumultus sub moueri populus posset. Fustes sed non dubium fustes maxime contra inermes vsurpatores, & noctu. Ex Luca constat principes sacerdotum, magistratus templi, & seniores simul egredientes, quod magni odii, & sollicitudinis est signum.

Iudas osculo tradidit, non enim notus erat Romanis, patet etiam aliis, nox erat, & timebant, ne arte se subduceret. Non videtur ex consuetudine osculatus, cum paulo ante digressus esset, sed quasi malo reperiunt attonitus, hoc symbolo constantiam amoris

representare voluisse. Ave Rabbi: Syrus שם רבי Schelam Rabbi. Pax magister mi. Verbis pacem, re hostem trahit. Symbolum omnium in Ecclesia, qui plus dolo malo, quàm hostes professi nocent. Respondet Dominus: amice ad quid venisti? Exprobratio facinoris est. Et addidit. Iuda osculo filium hominis tradidit? Interim hoc Christus signum iterum reddidit: obuiam enim progressus quaesivit: quem quaeritis? ut est apud Ioannem. Post osculū id contigisse apparet; nam Iudas stabat cū illis. Iam enim cum videret Christum omnia nosse, aperte se hostibus iungit. Discipuli fugerunt, nec enim erant ad martyrium dispositi, Rup. 15. in Ioan.

VERSUS 51. & 52.

Et ecce vnus ex his, qui erant cum Iesu, extēdens manum exemit gladium suum, & percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Iesus: Conuerte gladium tuum in locum suum, omnes enim, qui acceperint gladium gladio peribunt.

QUESTIO II.

An Petrus vsu gladij peccauit?

S. 1. **V**ariae sunt de facto Petri sententiae. Multi illū grauius accusant. Alii culpam extenuant. Nonnulli penitus excusant, ac defendunt. Rationes in omnem partem se offerunt. Christus vero Petrum iubet gladium cōuerrere in locum suum. Causa addita: Omnes enim qui gladium acceperint, gladio peribunt. *Σοφία τῶν μαθητῶν, quædā exemplaria σοφίας τῶν μαθητῶν moriuntur.* Gladium hic Syrus vocat ספחה saphtha, nonnulli spatham putant, quæ tamen per T. non Th. scribitur. Deinde dubia est lectio, nam v. 72. dicitur ספירה Saphira. & postea ספיה Siphia. Gladij fuerūt duo in familia Domini. Luc. 22. 26. D. Chrysost. Propter carnem, & agnum *Cur gladios habuerunt.* mactandum fuisse existimat. Alii in comitatu Christi fuisse semper aliquos enses, ad aliquam sui defensionem, bestias abigendas. Mihi Christus ad exemplum suorum videtur gladios suis permisisse, ne illis auxiliis in perpetuum clericos spoliatos esse putaremus. Petrum enim gladio accinctum & in itinere, & in secessu secum habuit, ut minus mirentur hæretici, dum clericos vel ense accinctos, vel armatis comitatos aspiciunt.

S. 2. Petri error in eo versari putatur, quod priuata auctoritate contra magistratū arma mouit. Hoc enim Christus indicare videtur, dū ait, qui acceperint gladium, priuata vindicta, gladio peribunt. Perituri dicuntur, qui interitum sunt meriti. Nō enim licuit priuato contra magistratū etiam innocentem descēdere. Atq; hæc præcipue Petro aduersantur. Alii stultissimè egisse Petrum asserunt, qui temerè tantam turbā in se suosq; cōcitauit. Verum animos dabat præsentia Christi, deinde amor euentus non semper prospicit. Animos dabat etiam casus hostium, quos vna voce prostratos vidēbat, & sonitus super arma dedisse. Hier. in Matth. 14. Petrum ait errare in sensu, non tamen in affectu.

Contra Petrum igitur sunt illæ rationes. Christus iubet recondere gladium; nam qui acceperint, peribunt, h. e. digni sunt qui pereant, non enim de facto, sed de iure Christus loquitur. Non enim iniusti gladiorum vsurpatores omnes gladio pereunt. Augustin. *Cur Petri factū damnetur.* l. 2. contra Faustum c. 70.

Ratio illa fundamentum est eorum, qui Petri factū condemnant. Mihi tamen in promptu est solutio. Videlicet Christum non indicare Petro eum peccasse. Sed

115 Gm
113
angelia

Cur gladios habuerunt.

Cur animos Petri.

Cur Petri factū damnetur.

Lex Romana.

Non licitū bellare.

Sed periculi imminētis admonere. Tu inquit, gladio rem geris. An ignoras ergo legem Romanorum, qua sancitur capitalis pena apparitorum, & magistratum auctoritas; ut sine ulla spe veniā moriatur, si quis gladium in ministros magistratus strinxerit: nec eo in casu de iure quaeritur, sed factū continuo puniatur. de legibus vero illis multa passim occurrunt. Nā etiam si de iure loquamur; opus est restrictione aliqua: Sicut omnes necessarii faciunt, qui vero eam negligunt in haerese Tertulliani impingunt. Ille l. de Idol. c. 19. *Quomodo autem bellabit, imo quomodo etiam in pace militabit sine gladio, quē Dominus abstulit: Nam & si adierāt milites ad Ioannē, & formam observationis acceperant, si etiam centurio crederet omnem postea militem Dominus in Petro exarmando discinxit. nullus habitus licitus est apud nos illicito actui ascriptus. Et l. de corona militis c. 1. Gladium nec Dominica defensionē necessarium reddidit. Hinc omnium eorum qui Petrum peccasse aiunt est sententia, cum ideo reprehendi, quod priuata auctoritate gladium acceperit. Ideo gladio perituro. Simplex mihi sententia videtur. Qui gladium cōtra Romanos, & magistratus templi acceperint, se tueri non poterunt, fortiori succumbent inferiores. Si enim sensus est, quem auctores illi asserunt, iure morietur, aut morte dignus est, duram admodū in Petrum sententiam pronunciat, nempe iam morte dignus es. dignus quocum lege agatur. At Petrus eo modo non est interpretatus, nec pro illo scelere magnopere videtur doluisse. Fuisset autem graue, & morte piandum, si horum est vera sententia.*

§. 3. Grauius etiam vrgent: Non ignorabat Christi voluntatem, nam Matt. 16. increpitus est: & iam toties de passione audierat. Itaque defensione ista scripturarum praedictiones conabatur inanes reddere.

Respondeo. Non considerasse ista Petrum, sed in praesenti necessitate nebulones illos arcere voluisse. Cetera Deo permisit, poterat scriptura impleri, etiam illos dissecisset: & cum qui primus petulenter manus in Dominum iniecit, obrutus esset. Alioqui si prophetiarum causa huc in auxilium vocetur, nimium efficiet;

Nempe Iudaei proditori suadere non licuisse, si quis eius propositum nouisset, ut cæpro desisteret, ne scripturarum praedictiones redderet inanes. Poterat ille alio tempore & modo impleri. Poterat vnus aut alterius peccatum impediri, etsi non omnium.

§. 4. Non egebat illo auxilio Christus, erat enim auxilium *Θρησκευμα*, scilicet auxilium, ut Christus ipse proficetur.

Respondeo. Non egebat illis manibus Christus, non ideo tamen peccabat ardentissima fides Petri, dū quod in se esse videt, praestare conatur. Fieri potest, ut prudentia defectus, sine peccato tamen fuerit. Nec adeo temeraria fuit aggressio, ut initio dixi, putabat enim Domino adiuuante se suosque vincere posse cohortem, & Iudaeos.

At non expectauit imperium. Lentus enim miles non erat; potestatem cadendi petiuit: & Domini silerium interpretatus est consensum. Luc. 22. 48. Nam ver. 38. cum iussi essent emere gladium, respondent adesse duos; itaq; mandatum vsu gladii existimabat. cū hostis ergo intrueret, Petrus qui non frustra Dominum de gladio monuisse arbitrabatur, qui gladium se proximo suo lateri iunxerat, cum vetari gladium vsu nō audiret, putauit pro Domino periculum clamare: nec vocem iubentis expectandam, cuius spectaret calamitatem. Habere gladios Dominus iusserat, parato ad ictum, & quaerenti nil respondit. Hoc igitur argumentū, pro Petro potius facit; Si enim Petrus anceps qd ageret, percuteretne in gladio, an quiesceret, grauius peccaturus fuisset, ut etiam capitali pena dignus efficeretur, cum Dominus rogantem instruxisset, di-

Imperium non expectauit merito.

xissetq; ne feceris. Facinus est, quod meditaris. Cur enim anxium, & dubitantem non reuocatā peccato, quod iam iamque admittendum videbat?

At Christum maiori exposuit periculo, ut causam aliquam apparentem Iudaei haberent.

Respondeo. A cūlatione ista Iudaeos nō vsos. Nec tamen omisso fuisse, si quid ad rem fecisset, praeterim apud Romanos quorum erant seuerissimae leges, si quis impediret, ne quis vinci etur, lictori manum intulisset. Quin etiam qui effraeto carcere fugissent, et si alioqui innocentes essent, puniebantur.

Deniq; summa accusationis est; non licere defendere innocentem contra magistratum, non laderē ministros.

§. 5. Aequa illa videtur, & necessaria Reipub. let. Nā Sed apud Iurisconsultos tamen, & Theologos de illa multa disputantur, ut quamuis ea omni modo vera esset, ignoratione tamen inculpabili Petrus transgredi potuit, ut putaret innocentē esse eam praerogatiuam, ut contra latrocinātis magistratus iniurias etiam a priuato asseri posset. Illa enim ignorantia in homine pscatore, & qui erat sine literis mira videri nobis non debet. Deinde sacerdotes & magistratus Iudaeorum potestatem politicam non habebat, itaq; quod in eorum ministros committebatur, sic accipi non debuit, quasi illo legitimus magistratus, & ministri offenderentur. Republicam enim Iudaei amiserat, sacerdotibus & Phariseis nullum erat in alios ordinatum. Itaq; odio, vindictaq; studio militi se Romano iungebant, & serui & principes; neq; enim sacramentum praesidi dixerunt, ut legitimi, & sacrosanctae potestatis essent apparitores, sed quasi scurræ, & vagi grassatores, sese sine auctoritate publica negotio miscuerunt: inter eos Malchum ferocius irruentem Petrum repulsum purauit. Non igitur in publicam potestatem deliquit Petrus: sed priuati impetum repulsi, quies eo quod sese potuerunt militibus Romanis socium adiungit, nihil iuris acquisiuit: Erat enim famulus Pōuicis, h. e. hostis, accusatoris, calumniatoris, cuius vi nulle in capiēdo, ita nec in custodiēdo, examinandoq; erant partes. Imo rem totam reddebant, si leges Romanas spectes, irritam. Hostium in reo capiēdo, & vexando malitia ipsis praediacare debuit, non Petrus. Deniq; Romanorū imperium a plerisq; prolegitimo non agnoscebatur, & pro tyrānico habebatur, qui in sententia etiam esse Petrum, mirum videri non debet.

§. 6. Caput tamen rei erat Christi Domini, & rei regis libertas. Eum pro rege agnoscere omnes oportebat, illi seruire, illum obseruare. Et quamuis in regū eius non esset de hoc mundo, non tamen huic mundo erat in illum iurisdicctio. Hoc Petrus sciebat, & Pharisei scire tenebantur. Quanquā Petrus etiam regem in hoc mundo potentē fore arbitrabatur. Cū ergo Christum liberum esse attributo didicisset, cum omnia esse in eius potestate non dubitaret, recte iudicabit, nullā magistratus in illum esse potestatem, qua minima res domino imperaretur. Non igitur in legem maiestatis commisit, sed improbi serui Domini maiestatem offēderūt, potestate abusi, Petro regis aeterni ministri vltionis ansam dederūt. Quemadmodum igitur licitum est innocentem defendere contra magist. autē, cuius a sceptro defensor & defendendus liber est: ita & Christum defendere contra alienorum iniuriam laudabile fuit. Hinc Cyrill. l. 11. in Ioan. c. 13. Petrus gladium habuit, quia secundum se gladio defendere licebat. Vnde etiam Petri, qui gladium aduersus hostes accepit, a mandato legis fuit aliena. Mortum autē eiusmodi Christum docet repressisse, quamuis secundum legem fuerit, quia a perfecta virtute longe aberat. S. Ambr. in Luc. 22. etiam si etiam commendat. Petrum in lege eruditū promptū effēctum, qui sciret Phinees reputatū ad iustitiam, quod sacrilegium peremisset, percussit seruum. Aug. in qq. Vet. & N. T. q. 104. Petrus

Petrus negat inuisse plagam inenisse: quia significatur in Luca Dominum percutiente fecisse. Dictum autem illi. Qui accipit gladium gladio peribit. Ne iterum percuteret. Quod putat à Luca infirmari permittente Domino factum, id mihi admodum probabile videtur. Nam reuera videtur Dominus studio non respondisse, donec factum esset. Ita habet Lucas v. 49. 50. 51. Videntes autem hi qui circa ipsum erant, quod futurum esset, dixerunt ei. Domine si percutimus in gladio: Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram.

V. 51. Respondet ad questionem propositam. *ἐὰν ἔως ἴδωμεν ἕως, hoc, Syrus ܐܪܝܬܐ satis est, seu sufficit vsq; hoc, quod significare potest: finite eos hoc vsq; ad captiuitatem procedere. Vel finite vestram vindictam vsque hac ad vulnus procedere: de cætero abstinete. ascribā Ambrosii locum in Luc. 22. multa enim villa in hac explicatione continet. O amentes o perfridi! non sic commendatur sapientia, non sic tenetur iustitia. Nec discipulorum solida fuerunt. Vnde Petrus eruditus in lege promptus affectu, quisit Phineæ repudiatum ad iustitiam, quod sacrilegos percussit percutit principis seruum. Sed Dominus vulnera cruenta detegit, mysteria diuina subiecit, vt seruus principis mundi, h. e. nō naturæ cōditione, sed culpa secularium famulus potestatis, cuius sue vulnus exciperet, quia nō audisset verba sapientia. Omnia deniq; qui facit peccatum seruus est peccati. Peccati inquit regis venditi estis. Veditio propter peccata nostra, propter bonitatem autē Dei redemptio peccatorum. Aut si Petrus volens percussit aurē docuit, quod autem habere in specie non deberet, quam in mysterio non habebant. Sed bonus Dominus & ipsi reseruit auditum. Secundum prophetica dicta, demonstrans, & ipsos si conuertantur posse sanari, qui in passione Domini vulnerati sunt, eo quod omne peccatum fidei mysteriis ablatur. Tollit ergo Petrus aurē. Quare Petrus? quia ipse est, qui accepit gladium regni colorum. Ille enim condemnatur, qui & absoluit, quoniam idem & ligandi & absoluedi adeptus est potestate. Tollit aurem male audientis, tollit autem gladio spiritali aurem interiorē male intelligentis. Caueamus ne cui tollatur auricula. Legitur passio Domini, si ad diuinitatem eius referimus infirmitatem in corpore passionis, excidit auricula, & excidit Petrus, qui nō passus est Petrum, prophetam asstimari, Sed Dei filium docuit fidei confessione signari. Ergo cum legimus teneri legem, caueamus ne ab aliquo audiamus, & putemus cum seruandum diuinitatem teneri inuitum, teneri quasi infirmum. Tenetur quidem, & vt dixit Ioannes ligatur secundum corporiuitatem. Sed va illi qui ligant verbum. Ligant autem qui tantummodo Christum hominem putant, ligant, qui prescium non putant, qui omnipotentem non consentent. Mala vincula ligantur, quibus non Christum ligant, sed seipsos alligant. Ligatur autem in domo non pjalicius, & iusti, sed in domo Caiaphæ, h. e. in impia domo vbi etiam moriturus pro omnibus propitius. Quam amentes igitur, qui beneficia diuina consentent, & beneficiorum autorem persequuntur. Ideo autem perfridi, quia perdidit auditus profectum.*

VERSUS 53.

An putas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum.

QUESTIO I.

An Deus potuerit dare Christo plusquam duodecim legiones Angelorum?

V. 1. Duodecim Apostolis comparat duodecim legiones, & quidem Angelorum, quo ostendat, nō esse sibi necessariam defensionem hominum pāculorum, in exercitatorum. Sic Elifaz 4. Reg. 6. 17. curus ignei apparent, sic 4. Reg. 19. 35. Angelus Adams Con-zen in Euang. Tom. I.

occidit 18000. assyriorum, de numero legionari militis variant interpretes; merito: nam & ipsæ legiones non eodem semper numero fuerunt. Syrus nomen visitatum retinuit *לגיון* legionem appellat. Tantum exercitum assistere mihi iubebit. *אשר יסתר* siflet.

De legionibus mentionem non facerem, nisi etiam post Iusti Lipsii militiam Romanam viderem quosdam interpretes, & concionatores decipi, idq; etiam ex doctissimo alio qui interprete Francisco Luca. Dictionū, inquit, Latina vsus est etiam Græce & Syriace: nec dubium quin Saluator ipse ea sit vsus vtpote tunc temporis vulgari Romanis Iudea dominantibus, eamq; presidis militum continentibus. Est enim legio nomen militare significans exercitum sex millium, vt minimum; vt summum quingentorum & duodecim millium militum. Variant enim auctores. Legio cohortes decem, cohors quinquaginta manipulos, manipulus viginti quinque milites continuisse docetur, qui omnes simul faciant duodecies mille quingentos. Transfert hoc nomen Iesus ad Angelos, iuxta S. Scripturam morem quæ vbiq; passim, militia, virtutum, exercituum angelicorum memini: atq; hinc Deum vocat Dominum, virtutum seu exercituum, i. e. Sabaoth, quod semper presto habeat angelicos exercitus, quos emittat ad delendum, & subiugandum rebelles omnes, tum damones, tū homines faciendumq; omnem voluntatem suam. Duodecim legiones Angelorum sint centum & quinquaginta millia angelorum: plusquam duodecim autem Angelorum legiones, nominans Iesus, significat infinitam esse Angelorum multitudinem iuxta id quod Daniel scribit cap. 7. v. 10. Millia millium ministrabant ei, & decies milles centena millia assistebant ei.

Largiter errat, vt cui talia minus curæ fuerunt. Nūquam legio duodenum millium fuit: & si esset inhabilis esset acies, nō sat multis magistratibus instructa. Romulus trium millium legionem fecit, ex tribus singula millia feligens. Iūctis Tatio, & Sabinis senum millium fecit peditum, equitum sexcentorum, ita Varro, Dionys. Plutarch. apud Lips. l. 2. de militia Romana. Dialog. 5. Hostilius mutauit, & minores legiones fecisse videtur; nam statim eiectis regibus fuerit quaternum millium. Flor. l. 1. c. 4. de Hostilii mutatione mentionem habet. De quaternis millibus Dionys. l. 6. Liu. 9. l. 6. & 8. dec. 1. Annibal tempore fuere lectæ, quinquem millium. Luc. 22. Scipio in Africam traiecturus sena millia pedites & sexcentos legit. Equites trecentos. Liu. l. 30. Idem l. 42. in Macedoniam missas legiones habuisse sena millia peditū, equites trecentos. Festus summum numerū 6200. peditū Mario auctori tribuit, id Lipsius refutat. Fuisse Augusti æuo quaterna millia videntur. Sed tamē magnam in his varietatem fuisse ipse Polybius indicat. *Διμύρεσι δὲ αὐτὸς πῶν τρεῖς ἑκατὸν*, Diuidunt vero eos illo modo, & paulo post. *ἑκατὸν δὲ ὁπλίστους πρὸς τετραχίλιον ὄντων, καὶ λόγον ποιεῖν αὐτὸν ὡς ἑκατὸν, πλὴν τῶν τετραχίλιων, τρεῖς αἰ τρεῖς ἑκατὸν*, Quod si plures quatuor millibus sunt, pro rata diuidunt. exceptis triariis quos habent semper numero eodem. Indicat igitur sæpe plures fuisse, sed nullo exemplo docetur excessisse numerum senum millium, ducentorum peditum, trecentorum equitum. Hæc de numero legionum integrarum, cum vel primum lectæ, vel supplemento redintegratæ sunt. Nam itineribus, pugnis, fame, morbis atterebantur. Cæsar l. 5. Belli Gallici, duabus in legionibus vix septem hominum millia fuisse scribit, & legionem sextam minus mille hominum habuisse. Si igitur summum numerum legionum amplectamur, duodecim legiones efficient septuaginta septem millia militum, quadringentos, in illum numerum etiam coniectis equitibus.

§. 2. Docet ille locus contra Wicleffum Deum liberū arbitrii esse. Si enim rogare veller Christus Deus exhiberet. Vide Bell. l. 3. c. 16. de gratia, & libero arbitrio. Nec quicquid ad rem facit argumētum Wicleffi, qui Deum facere potuisse dicit, vt Angeli assisterent.

Z z

Non